Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



commemorasse seingali leam quando aquam conuertit in uinum. Inde post commemorationē paucorum in cafarnaum dierum dicit eum ascendisse in hierosolima cum esset pascha iudaeorum. & facto flagello de resticulis expulisse de templo uendentes, Unde mani festum ē non semel sed iterum hoc esse ad dnō factum sed illud primum commemorat iohanne hoc ultimum ac seris.

LXVIII.

Sequitur matheus, Et accesserunt ad eum ceci & claudi in templo & sanauit eos, Uidentes autem principes sacerdotum & scribe mirabilia que fecit & pueros clamantes in templo & dicentes: Osanna filio dauid; Indignati sunt & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Ihs autem dicit eis: utq. numquam legistis Quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam ibiq; mansit, Mane autem reuertens in ciuitate esuriuit. & uidens ficiarborem unam secus uiam, Uenit ad eam & nihil inuenit in ea nisi folia tantum. & ait illi Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. & arefacta ē continuo ficulnea & uidentes discipuli miirati sunt dicentes: quomodo continuo aruit,

Respondens autem ihs ait eis: Amen dico uobis si habueritis fidem. & non haestauerit is. Non solum de ficulnea facietis sed & si monti huic dixeritis tollere & iectate in mare. fiet. & omnia quaecumq; petieritis in oratione credentes accipietis, Hoc & marcus consequenter dicit sed non eundem ordinem tenet. Primo enim quod eum intemplum matheus dixit intrasse & eiecisse uendentes & ementes. non commemorat marcus sed circumspectis omnib; Cum iam uespera esset exiit cum duodecim in bethaniam & alia die cum exiret a bethania esuriisse & arbori ficii maledixisse Quod & matheus commemorat & subiungit. Idem marcus quod inuenerit in hierosolo